



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et  
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ  
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransenis Thesaurarij  
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

**Barbosa, Agostinho**

**Venetiis, 1643**

9. De operibus satisfactionis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14108**

considerantur, tunc non potest per vnam actionem pluribus satisfieri, quia habent idem principium, & eandem rationem formalem, quæ terminatur ad diuersa obiecta, à quibus sicuti plura sunt, ita satisfaciens illis debet specificari per modum plurium, alioqui vnum posset pro centum satisfacere debito mille aureorum, & sic vnica satisfactio non possunt adimpleri plura præcepta sub eadem ratione formali, v. g. religionis, iustitiæ, &c.

Penitentiam in peccato mortali adimplens licet peccet, tamen obligationi penitentia sibi à Confessario iniunctæ satisficit, vt per Syluest. in summ. verb. satisfactio, num. 7. Sor. in 4. distinct. 19. quæst. 1. art. 4. Nauarr. in manual. cap. 3. num. 5. Valent. tom. 4. disput. 7. quæst. 14. puncto 3. vers. non est tamen negandum, Soar. tom. 4. disput. 38. sect. 8. num. 3. & 7. Aegid. de Coninck d. rom. 2. disp. 10. num. 22. cum seqq. Zerol. de Penitent. c. 2. §. quæst. 18. Bonacina d. quæst. 5. sect.

3. puncto 4. num. 1. §. Iul. Lauer. d. cap. 5. num. 32. & 33. Ioan. de Lugo d. tract. de Penitent. disput. 25. sect. 3. num. 30. cum seqq. vbi post Palud. Adrian. Caiet. & Sorum tenet penitentiam posse adimpleri in statu peccati absque graui peccato, Hurtado d. tract. de Penit. disput. 14. difficult. 14. Barthol. à S. Faust. d. tract. de Penitent. lib. 5. quæst. 28. vbi quod peccat, non tamen mort. Penitentia enim facta in peccato sortitur suum effectum adueniente charitate, & sublato obice, & per eam satisficit pœnæ debita, vt per Nauarr. d. cap. 3. num. 5. Henric. d. c. 20. num. 7. Emman. Sâ verb. satisfactio, num. 7. Soar. d. sect. 8. num. 5. Zerol. d. quæst. 18. Bonacin. d. punct. 4. num. 17. Iul. Lauer. d. cap. 5. num. 34. Fagundez d. præc. 2. lib. 9. cap. 4. num. 2. Coninck d. disp. 10. dub. 11. plures, quos refert & sequitur Diana moral. resolut. tom. 2. tract. 4. de Sacram. resol. 85. Ioan. de Lugo d. tract. de Penit. disput. 25. sect. 3. num. 40. Barthol. à S. Faust. d. lib. 5. quæst. 27.

### De Operibus satisfactoris.

#### C A P V T I X.

1 Iusti per opera penitentia, vel sponte assumpta, vel etiam illis præcepta, an possint satisfacere pro pœnis ex peccatis remissis restantibus.

2 Flagella inflicta in hoc mundo à Deo si patienter tolerantur, sunt satisfactoria pro peccatis.


**D**ocet præterea, tantam esse diuinæ munificentia largitatem, vt non solum pœnis, sponte à nobis pro vindicando peccato susceptis, aut Sacerdotis arbitrio pro mensura delicti impositis, sed etiam, quod maximum amoris<sup>a</sup> argumentum est, & temporalibus flagellis, à Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis, apud Deum Patrem per Christum Iesum satisfacere valeamus.

<sup>a</sup> Cap. sunt plures in fi. de penit. dist. 3.

**V**ide Catech. Roman. Pij V. p. 2. cap. 5. num. 54. Hurtado de Sacrament. tractat. de Penitent. disput. 13. difficult. 3. dum dicit hominem iustum posse bonis operibus satisfacere pro pœna temporaria, aliquando restante post peccatum quoad culpam remissam, Torreblanca de iure spirit. libro 14. cap. 8. num. 12. & 13. vbi quod non solum pœnis à nobis pro vindicando peccato susceptis, sed etiam temporalibus flagellis à Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis satisfacere valeamus. & num. 17. dicit quod effectus huius satisfactoris ex opere operato, remittit pœnam temporalem præter illam, quæ respondere potest merito operantis, & num. 18. quod remittit pœnam Purgatorij, nam opera nostra concurrentibus omnibus conditionibus de condigno & iustitia, satisfaciunt pro pœna Purgatorij. Vtrum iusti per ope-

ra penitentia vel sponte assumpta, vel etiam illis præcepta, possint satisfacere pro pœnis ex peccatis remissis restantibus? Affirmant Cardin. Bellarmin. lib. 4. de penitent. cap. 3. cum seqq. Valent. tom. 4. disputat. 7. quæst. 14. puncto 2. Soar. tom. 4. de Penitent. disput. 37. sect. 1. Aegid. de Coninck de Sacram. tom. 2. disput. 10. num. 14. cum sequentibus.

<sup>a</sup> Temporalibus flagellis, &c.] Flagella inflicta in hoc mundo à Deo, si patienter tolerantur, esse satisfactoria pro peccatis, docent S. Thom. in add. ad 3. part. quæst. 15. artic. 2. Silu. in summ. verb. satisfactio quæst. 9. Nauarr. in man. cap. 7. num. 4. quos refert & sequitur Iul. Lauer. de Iubilo, & indulgent. part. 2. cap. 5. num. 30. Torreblanca d. lib. 14. cap. 13. num. 23. Hurtado d. disput. 13. difficult. 7. in princip.



### DE EXTREMA VNCTIONE.

**V**isum est autem sanctæ Synodo, præcedenti doctrinæ de Penitentia adiungere ea, quæ sequuntur de Sacramento extremæ Vnctionis, quod non modo Penitentia, sed & totius Christianæ vitæ, quæ perpetua penitentia esse debet, consummatiuum exultimatum est à Patribus. Primum itaque circa illius institutionem, declarat, & docet, quod clementissimus Redemptor noster, qui seruis suis quouis tempore voluit de salutaribus remedijs

<sup>a</sup> Infrâ can. 1. de Sacram. Extremæ vnct. b Ephes. 6.

<sup>b</sup> aduersus omnia omnium hostium tela esse prospectum, quemadmodum auxilia maxima in Sacramento alijs præparauit, quibus Christiani conferuare se integros, dum viuerent, ab omni grauiore spiritus incommodo possint, ita extremæ vnctionis Sacramento finem vitæ, tanquam firmissimo quodam præsidio munivit. Nam etsi aduersarius<sup>c</sup> noster occasiones per omnem vitam quarat, & capiet, vt deuorare animas nostras quoquo modo possit, nullum tamen tempus est, quo vehementius ille omnes suæ versutia nervos intendat ad perdendos nos penitus, & à fiducia, etiam si<sup>d</sup> possit, diuinæ misericordiæ deturbandos, quam cum impendere nobis exitum vitæ perspicit.

<sup>c</sup> 1. Petr. 5. cap. nulli dubitum 3. d. Genes. 3. & infrâ c. 2. in fin.

**V**ide Theologos in 4. disp. 23. & ibi S. Thom. & Sor. eundem S. Thom. p. 3. q. 29. art. 1. Canonistas in cap. vnico, de Extrema vnctione, Silu. Armil. Victor. Nald. & alios summistas verb. Extrema vnctio, Victorel. de Extrema vnct. Catechism. Roman. eod. verb. Cardin. Bellarm. in controvers. Cathol. tom. 3. lib. vnice, de Sacram. Extrema vnctionis, Valent. tom. 4. disput. 8. Soar. tom. 4. de penitent. disput. 39. cum quinque

seqq. Viuald. in candel. aureo. tit. de Sacram. vbi de Extrema vnctione. Ioan. Maldon. tom. 2. controvers. tit. de Extrema vnctione. Henric. in summ. lib. 3. cap. 8. Fr. Emman. quæst. regul. tom. 3. quæstione 79. art. 3. cum seqq. Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. Extrema vnctio, Petrus de Ledefina in summ. part. 1. de Sacrament. vbi de Sacrament. Extrema vnctionis, Franc. Pitigian. disp. 23. quæstione vnica art. 1. cum seqq. Valer.